

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Promptuarium allegoriarum sacrarum praecipua fidei christianae capita illustrantium: indice quadruplici instructum post editiones 5 revisum, iam septimo recusum

Botsack, Johann

Francofurti ad Moenum, 1678

Caput X. De lege et evangelio

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-142795)



CAPUT X.

DE LEGE ET
EVANGELIO.

ARTICULUS I.

CONJUNCTE DE LEGE
& Evangelio.

LEX ET EVANGELIUM.

1012. *Desponsavi tibi in iudicio & misericordia, Osee 2. v. 19. Iudicium nullibi nisi in lege est, quæ habet accusatorem Dei iustitiam, hæc enim iustitia est Dei, Rom. 8. v. 4. propriam conscientiam, Rom. 2. vers. 15. Reum peccatorem. In Evangelio non est iudicium, quia fidem proponit; at qui fidem habet, non iudicatur, Johan. 3. vers. 18. In misericordia autem fit desponsatio, quia ubi desinit in iudicio & lege iustitia, ibi incipit in bonitate & Evangelia misericordia. In utraque ergo facta est desponsatio. In iudicio obliquè, cum patrociniū sub marito nostro spiritali Christo querere legis fulminibus compellimur, ut pædagogī. In misericordia Evangelii directè.*

EVANGELII ET LEGIS
effecta divina.

1013. *Mosis splendorem non nisi velamine tectum, Israelita intueri poterant, splendorem in facie Christi disci-*

discipuli ferre poterant, Exod. 34. v. 33. Matth. 17. v. 2.
 Hi sunt diversi legis & Evangelii effectus: Illa enim
 velamine indiget; rigidissimam enim justitiam Dei
 ostendit. Hoc non item; nam ostendit Christum, per
 quem gratia & veritas, Joh. 1. v. 17. quem revelata facie
 intuemur, 2. Cor. 3. v. ult.

LEX ET EVANGELIUM.

1013. *Pluvia temporanea & serotina à Domino promittitur, Deut. II. v. 14.*

1. *Temporanea* legem significare potest, quâ cordis ager post prædicationem velut perfunditur. Hæc matutina est & præcedit. Ita legis usus præcedit Evangelium, & matutinus esse debet, hoc est, jugiter tractari, inculcari, 2. Tim. 4. v. 2. Osæ 6. v. 4.

2. *Serotina autem pluvia*, quam frugum collectio requirit, evangelium adumbrat, quo corda, velut pluvia irrigari habent necessum, si frugifera debet esse pœnitentia. *Temporanea pluvia est in autumno*: sic legis usus est in autumno, hoc est, quando ager cordis primo scindendus est. Serotina autem est in vere, cum pœnitentiæ digni fructus debent efflorescere.

3. Psal. 32. v. 8. 9. *Consulam super te oculo meo.* Evangelium est oculus ille, quò Deus nos respicit. (nam & munificentia bonus oculus esse dicitur, Proverb. 22. vers. 9.) *Capistrum autem & frenum lex est*, qua equorum, hoc est, præfractorum, maxilla constringitur, os obturatur, Rom. 3. v. 19.

ARTICULUS II.

DE LEGE MORALI MAXIME.

LEX EST BACULUS.

1015. Esa. 9. v. 4. *Virgam humeri, & actoris nostri sceptrum, superavit Dominus.*

1. Virg.

1. *Virga est lex, instrumentum παιδαγωγίας Gal. 3. vers. 24.*

2. *Virga stultis competit, Prov. 10. v. 13. Ita lex spiritualibus stultis.*

3. *Hæc est virga humeri, quia legem cordi quadantenus inscriptam habentes, eam velut humeri gestamus, & tamen siti premimur spirituali; sicut evangelii principatus est super humeris Christi, Esa. 9. v. 6. Hanc legis virgam portans, pondere premitur, Ps. 38. v. 7. Sceptrum exactoris lex est, Moses exactor. Utrumque superavit Christus, rex pacis & justitiæ noster, à pædagogia legis nos liberando, Galat. 3. v. 25. & sceptrum justitiæ nobis donando, Psal. 45. v. 7. illud in gratiæ indicium inclinando, ut Esth. 5. v. 2.*

LEX EST CHIROGRAPHUM.

1016. 1. *Manu nostra scriptum, hoc est, lege naturæ insculptum & propriæ conscientiæ sigillo munitum, Rom. 2. v. 15.*

2. *Materia obligationis est vel obedientiæ plenæ vel pœnæ, Deut. 27. v. 26.*

3. *Hoc chirographum Dominus sustulit, sanguine suo expunxit, quoad maledictionem & rigorem, Gal. 3. v. 13. c. 5. v. 18. Sigillum illud conscientiæ revulsit, cum ipse præstitit obedientiam, ut cor nostrum nos non possit damnare, Rom. 8. v. 1. 1. Joh. 3. v. 20. signaculum Spiritus sancti reddens, Eph. 5. v. 30. 2. Tim. 2. v. 19. Obligationem plenam ipse perfecit, 2. Cor. 5. E medio sustulit hoc chirographum. Medium enim erat inter Deum & homines. Ergo mediator Dei & hominum factus est Christus, 1. Tim. 2. v. 5. hos dividebat chirographum, Esa. 59. v. 2. Christus conjunxit,*

xit, Ephes. 2. v. 14. quando sublatum chirographum
cruci affixit, Col. 2. v. 13.

LEX EST FONS ESECK.

1017. 1. *Nomine.* Eseck significat contentionem:
Ita lex operatur iram, accusationem cordis, intesti-
nam contentionem.

2. *Allusione.* Eseck est quasi Germanicum Essig:
Ita lex peccatoribus est acetum.

3. *Mystica significatione.* Ad fontem Eseck Philis-
tini injuria affecerunt Isaacum, Genes. 20. v. 20. Ita
per legis terrores immodicos sæpè pios injuriâ afficit
Satanas.

LEX IMPORTABILE

jugum.

1018. 1. *Aquas Mara bibere non poterant Israelitæ:*
Dominus verò Mofi lignum monstravit, quo dulcorate,
Exod. 15. v. 23, 25. Ita legis doctrina est aqua plena ma-
ledictionis & amara, quæ injecto ligno, quod est
Christus, dulcoranda, ut pædagogus saltem noster sit,
Rom. 10. v. 4.

2. *Galeam Saulis ponderosam nimis abjecit David,*
quâ tamen Saulus fretus, non ausus est cum Goliatho ma-
nus conferere, 1. Sam. 17. v. 39. Talis galea gravis lex fuit,
gravis quidè ob impletionis *impossibilitatem,* Rom. 8.
v. 3. *exactionis rigorem, damnationis terrorem.* Hanc
sibi aprarunt legis galeam omnes Veteris Testamenti
patres, sed portare non potuerunt, Act. 15. v. 10. ubi
cum Satana configendum fuit, abjicere habuerunt ne-
cessum, & cum Davide fundam fidei, lapide Christo
repletam, capeffere, 1. Pet. 2. v. 6.

LEGEM IMPORTABILE ONUS IMPONE-
bant discipulis in primitiva Ecclesia.

1019. *Mulier suum ipsius filium in somno oppressit,*
Hh 1. Reg.

1. Reg. 3. v. 19. *Mulier est illa Synagoga somno erroris oppressa, quæ proprios filios, legis importabile jugum imponendo, oppressit, Act. 15. v. 10. Matth. 23. v. 4.*

LEX EST PÆDAGOGUS.

1020. *Moses populum Israel in occursum saltem Deo educit, Exod. 19. v. 17. Ita lex in occursum Deo quidem ducit, sed ubi ad Dominum ventum fuit, nec vocem audire, nec fulgura sustinere potuerunt; interlocutore & mediatore ergo opus erat, Gal. 3. v. 20. Talis est legis functio, quæ quidem in occursum Domino nos educit instar pædagogi, Gal. 3. v. 44. sed vocem Domini sustinere non possumus, quando justitiæ suæ fulgur in nos vibrat, Deut. 27. v. ult. *Maledictus, qui non servat omne, quod in lege scriptum est.* Mediatore ergo opus est, qui solus Christus, 1. Tim. 2. v. 5.*

LEX FUIT PÆDAGOGUS,

Gal. 3. v. 24.

1021. 1. *Ob præscriptionem:* Sic lex præscribit nobis viam rationemque vivendi.

2. *Pœnarum interminationem:* Ita inobedientibus lex pœnas minatur, Deut. 27. v. ult.

3. *Servilem obstrictionem.* Puer enim pædago instar servi subjectus est: ita legi in Vet. Testamento serviliter erant subjecti Judæi, Gal. 4. v. 24.

4. *Deductionem.* Pædagogus enim semper ad virtutem ducit puerum: Ita lex pædagogus ad Christum futurum fuit, quem tot sacrificiis adumbravit. Pædagogi olim pueros in via semper comitabantur, ut perpetuos morum formatores: Ita lex semper Judæos observabat, mores formabat, ut suam ἀνομίαν advertentes ad Christum properarent; sicut pædagogus non ad seipsum, sed magistrum puerum ducit: Magister ille Christus est, unicus noster magister, Matth. 23. v. 10.

LEX

LEX EST SAGENA.

1022. *Concluse Deus omnes sub peccatum*, Gal. 3. v. 22. Rom. II. v. 32. Hoc fit lege. Lex ergò Dei sagena est; manus est Christus, quâ ex sagenâ capti & flammis inferni adscribendi eripimur.

LEX EST SACERDOS.

1023. *Relicto vulnerato*, Luc. 10. v. 31. Monstrat quidem vulnera, non sanat; reteggit, non tegit. Samaritano ergò opus erat, qui sanaret, ut verus animarum medicus, & veste innocentia suâ candidâ menstruatam iniquitatis nostræ vestem operiret, Ezech. 16. v. 8.

LEX EST COLUMNA IGNIS.

1024. Quæ nos per desertum peccatorum ducit in amœnum Evangelii campum. Noctu columna nubis Israelitas ducebat, Exod. 13. v. 21. Nox V. T. designat, cujus tempore illa legis columna ignea duravit.

LEX NON PERPETUO

fitim sedat.

1025. *Uter impositus est Hagara*, Gen. 21. v. 14. *agua plenus, qui tandem in deserto defecit*, v. 15. Talis aqua lex est, quæ ad tempus duravit; sed tandem defecit nobis in deserto militantis ecclesiæ oberrantibus: Ne igitur perpetuâ siti premeremur, alium Evangelii fontem nobis Deus commonstravit, ex quo qui bibit, non sitiet in æternum. Hic est Christus fons aquæ vivæ scaturientis in vitam æternam, Joh. 4. v. 14. Apoc. 7. v. 16.

LEX DEUM ABSCONDIT.

1026. Exod. 19. v. 16. *In densissima nube apparet Deus legem daturus*. Notatur legis indoles, quæ Deum caligine involvit, & à nobis abscondit, cum peccatum monstrat, Esa. 59. v. 2. quo à Deo abscondimur, & velut macerie distinguimur, Eph. 2. v. 14.

Hh 2

LEX

LEX MONSTRAT DEUM, AUT GRAM
tiam subtrahentem, aut iram
ostendentem.

1027. *Deus legem in monte Sinai ferens, eundem igni & fumo totum involvebat*, Exod. 19. v. 18. Ita lex nil nisi Deum fumo iræ suæ se obscurantem monstrat, (quæ aliàs similitudine fumi exprimitur, Psal. 8. v. 9.) aut flammam aut vindictam crepat, Deuter. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10.

LEGIS PROPRIUM TERRERE.

1028. *Legem de medio caliginis Jehova promulgavit*, Deuter. 4. v. 11. Lex enim habet tenebras tristitiæ, cum impleri non potest. His involvitur peccator, nisi ad lucem Christi accedat.

LEGIS EFFECTUS PERCUTERE
animas.

1029. *Petram Moses baculo percussit, ut aquam profunderet*, Num. 20. v. 11. Ita cor nostrum, quod est petra, lege percuitur primo, ut aquam lachrymarum poenitentialium profundat.

LEX AUT OPERA AUT FLAGRA
postulat.

1030. *Exod. 5. v. 14. Praefecti Pharaonis flagellabant Israelitas, non facientes opera, sicut prius.* Talis praefectus lex est, quæ, cum adhuc sub lege custodiremur, Gal. 3. v. 23. opera sicut prius, hoc est, perfectam obedientiam, quæ in statu integritatis possibilis fuisset, à nobis exigit: eam autem ubi præstare non possumus, flagella maledictionis nobis intentat, Deuter. 27. v. ult. Christus vero flagellatus pro nobis, abstulit flagellum, nosque è legis ergastulo in libertatem filiorum Dei asseruit, Joh. 8. v. 36. Rom. 8. v. 2. Tim. 1. v. 9. Hebr. 2. v. 15.

LEY

LEX AD TEMPUS.

1031. *Magnus erat Moses in Ægypto & deserto, sed in terra promissa magnus fuit Josua*: Ita legis majestas ad tempus durare debuit in deserto Vet. Testamenti. Evangelii claritas Novo Testamento reservabatur; quod suo ipsius sanguine Salvator noster Josua verus sanxit, Matth. 26. v. 28. Hoc Evangelium est; similis terræ promissæ, fluenti lacte & melle.

LEX ABROGATA.

1032. *Claritas & gloria vultus Mosaici evacuata est*, 2. Cor. 2. v. 11. Lex enim sublata est, veniente Christo legis sine, Rom. 10. v. 4. majorem claritatem exhibente, à qua non abhorremus, sicut Isiaclitz à claritate Mosis.

LEX OBSCURA, PER NEBULAM
adumbrata.

1033. Exod. 24. v. 18. *Moses ingrediens medium nebula, cum Domino 40. diebus commoratus est*. Hoc ipso Vet. Testam. conditio sub lege depingitur, quando N. Testam. bona nebulis & umbris tegebantur, Hebr. 10. v. 1. Col. 2. v. 17. ipso interim sole delitescente gratiæ & veritatis, hoc est gratiosæ, radios, Joh. 5. v. 17.

LEGIS INEFFICACIA.

1034. *Petrus cum sociis per noctem totam laboravit, nihil verò cepit. At Christi jussu rete ad dextram jecit, conclusitq; piscium multitudinem maximam*, Luc. 5. v. 4. 5. 6. Legis imago est, qua Veteris Testamenti nocte ministri in cassum laborarunt; lex enim justitiam adferre non potuit nec vitam, Gal. 3. v. 21. nec conscientiam sibi ferventium purgare, Heb. 9. v. 9. c. 10. v. 1. *Christus ergo verum Evangelii rete projici jussit, quo homines capiuntur.*

Hh 3

LEX

LEX IMPERFECTA, MINISTRI

V. Testam. imperfecti ministri.

1035. 1. Reg. 8. v. 11. *Sacerdotes ministrare non poterant ob nebulam, qua templum impleverat.* Hoc ipso legis imperfectio significatur, quam cum implere non possent, stare coram Domino non poterant. Lex enim homini impossibilis, Rom. 8. v. 3.

LEGIS IMPOTENTIA.

1036. *Os fontis clausum erat, munitumq; ingenti saxo,* Gen. 29. v. 8. *quod Iacobus devolvit, & oves Rachelis potavit.* Fons divinam gratiam designare potest, quæ in Vet. Testam. ingenti legis saxo & onere velut munita fuit, Act. 15. v. 10. Hoc saxum legis Christus devolvit, saxum sepulchri clausi penetrans, ut oves pascuæ suæ ex fluente divinæ gratiæ largissimè biberent, Joh. 1. v. 17. Rom. 8. v. 3. Gal. 4. v. 5. Esa. 55. v. 1.

LEX NON POTUIT

vivificare.

1037. *Baculus Elisæ impositus puero, eundem vivificare non potuit,* 2. Reg. 4. v. 31. Nos omnes mortui eramus. Eph. 2. v. 5. in peccatis. Baculus Moïsis non potuit nos vivificare, Gal. 3. v. 21. quin potiùs morti nos tradere: est enim ministerium mortis, 2. Cor. 3. v. 7.

LEGIS USUS.

1038. *E regione montis Sinai castra locabant Israelita,* Exod. 19. v. 2. Ita Sinai legem figurat, quam è regione contemplamur, non directè, quia salvare nos non potest, Gal. 3. v. 21.

LEGE VELUT VINCULIS CONSTRICTI

Vet. Testam. Patres.

1039. *Ioseph fratrem suum vinculis ligari voluit,* Gen. 42. v. 19. *ut veritatem sermonis fraterni exploraret.* Sic Christus fratres suos Judæos ad tempus vinculis legis

legis constrixit, Galat. 3. v. 23. Hæc vincula erant

1. *Vel obstringentia*, mores scilicet, vel in choro, ut leges ceremoniales, vel in foro, ut forenses.

2. *Vel attrahentia*, & retrahentia, ut leges morales, cum admonitionibus, hortationibus, comminationibus, quibus à transgressione legis retrahere Judæos voluit.

LEX OBSCURA HOMINIBUS, non Deo.

1040. *Moses coram Domino non luxit, sed coram Israelitis; ideo in populi gratiam velamine se tegit, Exod. 34. v. 29. seqq. Cum Domino colloquens remouet velamen.* Lex igitur obscura hominibus est, per se clara, perspicua, aliter se habuit hominum vitio.

LEX EST FOSSIO & PUTATIO vineæ.

1041. Esa. 5. v. 6. Fossio illa fit per legem, cujus beneficio illa veteris Adami terra velut foditur, cum scilicet lex ipsum cor erat, & peccatorum vepres sentesque eruit, quæ in corde hominis, velut agro maledicto, pullulant. Has spinas ipsa lex putat, & rescindere monet, ne gratiæ semen suffocetur.

LEGIS IMAGO IN MOSE DE- precante mortem.

1042. Deuter. 3. v. 26. 1. *Rigida Dei recusatio d. l. v. 26. Iratus Dominus mihi propter vos nec exaudivit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam ultra hac de re loquaris ad me: Ita justitia Dei immutabilis in lege nobis panditur, ira ostenditur, exauditio negatur, compellatio ulterior rejicitur.*

3. *Montis ascensio, v. 27. Per legem montem justitiæ divinæ ascendimus, oculos circumferimus quoquo versum, nec tamen in lege auxilium animæ aduertimus.*

Hh 4

3. Ter-

Terra cōtemplatio à longè: Ita lex: Quisquis mandata fecerit, vivet in eis. Terram vitæ promittit, sed nos non admittit, sicut nec Moses terram ingressus est promissam.

LEGE NEMO SALVATUS.

1043. Num. 20. v. 11. Moses bis petram percussit, cū semel tantūm percutere debuisset, atque ita dubitavit de potentia Dei. Imago legis, ejusque ministerii, per quod nemo salvus fit, sicut nec Moses nec Aaron terram promissam ingredi potuerunt, d. l. v. 20. ob peccatum illud ἀπίστιας.

LEX DEI IGNEA EST.

1044. Deut. 33. v. 2. *Lex ignea in dextera Dei dicitur esse.* Lex per Mosen data illa ignea lex est,

1. *Ob promulgationis modum & rationem,* quæ cum terrore ignis facta est, Exod. 19. v. 18. cum terribili fumo. V. cod.

2. *Ob iræ divine significationem,* quæ similitudine ignis præfiguratur, Ezech. 36. v. 5. Deut. 4. v. 24. c. 32. v. 22. Jer. 15. v. 14. Psal. 18. v. 9.

3. *Ob legis consumptionem:* Ut ignis subjectam materiam consumit & exedit: ita lex homines fulminibus consumit, succum depalcit, Psal. 32. v. 4.

4. *Ob lucem & claritatem,* quæ igni inest. Legi divina inest lux eximia justitiæ divinæ, quæ peccata nostra examinat, Psal. 90. v. 8. opera nostra librat: Claritas simul eximia, quam tenebricosi homines ferre nequeunt, exemplo Israelitarum, Exod. 34. v. 33. 34. 2. Corinth. 3. v. 13.

5. *Ob pœnarum rationem,* quas lex procreat, quæ igneæ sunt, ignei serpentes, Num. 21. v. 6.

LEX EST FLUVIUS IGNEUS.

1045. Dan. 7. v. 10. *Fluvius igneus rapidus, egrediebatur*

batur à facie ejus. Lex Dei est fluvius profundus præceptorum abyſſo, igneus & conſumens peccatores, rapidus, quia tranſgredientes ad ſupplicium rapit: Pios non item, ad quos non pertingit legis ille fluvius, Pſal. 32. v. 6.

A facie Dñi egredietur, facie ſcilicet rigidiffimæ juſtitix, intolerabilis gloriæ, quam Iſraelitæ ferre non poterant, 2. Cor. 3. v. 13.

LEX EST PUTEUS
profundus.

1046. Joh. 4. v. 11. *Puteus profundus eſt, nec eſt quò haurias: Vox Samaritana eſt ad Chriſtum. Lex eſt talis puteus profundus promiſſionum amplitudine: Qui fecerit hac, vivet in eis, Levit. 18. v. 5. ſed non eſt nobis, quo haurire poſſimus, cum lex vivificare non poſſit, A. Ct. 15. v. 10. Gal. 3. v. 21. 22. nec noſtra manus capere poſſit instrumentum, quò haurire poſſimus, cum lex nobis planè impoſſibilis ſit, Rom. 8. v. 3. Ex hoc legis profundo puteo aquam non hauriens David, clama- bat de profundis, Pſal. 130. v. 1.*

ARTICULUS III.

DE LEGE CEREMONIALI.

LEX CEREMONIALIS.

1047. Pſal. 132. v. 6. *Audivimus eam in Ephrata, De arca ſermo eſt ex v. 8. De vera arca, qui Chriſtus eſt, audiverunt patres in Ephrata, hoc eſt, cives veteris Teſtamenti ſub umbris legum ceremonialium Chriſtum habuerunt, audiverunt de eo, oculis corporis videre geſtierunt, ſed non viderunt, Luc. 10. verſ. 24.*

LEX CEREMONIALIS UMBRIS
comparatur.

1048. Hebr. 10. v. 1. *Lex habebat umbram futurorum bonorum*, Conf. Hebr. 8. v. 5. Coloff 2. v. 17.

1. *Ob lucis privationem & absentiam*: Umbra nihil, nisi lucis privatio & *absentia*: Lex ceremonialis indicabat, lucem veram, Christum Jesum nondum adesse, in incarnationis manifestatione, Conf. Hebr. 9. vers. 8. 9. Vid. de Nat. V. Testamenti, supra cap. 7. artic. 2. Umbræ ergo præcedebant in ceremoniis, nondum præsentem Christo luce.

2. *Ob inanem captationem*. Umbram enim captans, nec respiciens in corpus spargens umbram, nihil capit. Quotquot in V. Testamento umbras Ceremoniarum captârunt, Christum adumbratum non respexerunt, in mortis umbris manserunt. Ceremoniæ namque omnes ad unum Christum respexerunt.

3. *Ob æstus declinationem*. In umbrosa secedimus loca, æstum vitaturi. V. Testamenti cives æstum legis fugientes, æstum conscientiæ, ad umbras Ceremoniarum confugerunt, refocillationem quæstiverunt, nondum orto gratiæ sole Christo: Orto vero justitiæ rigidissimæ sole fulgentissimo Mose, cujus jubar sustinere non potuerunt Israelitæ. 2. Corinth. 3. v. 13. ad Christum justitiæ imputatiæ solem currere habuerunt necessum.

4. *Ob vacuitatem*. Nihil solidi in umbris: Auxilium Ægypti umbra dicitur aliquoties, Esa. 36. v. 6. & alibi. Expiati in ceremoniis saltem umbratilis fuit: *Solida omnia corpori, Christo, reservabantur soli.*

5. *Ob temporis rationem*. Nocte maxime umbra est: Ita ceremoniæ erant tempore noctis; Conf. supr. cap. 1. art. 2. de V. & N. Testamento.

6. *Ob*

6. *Ob umbrarum terribilitatem.* In umbroso & tenebricofo versans loco, facile terrorem concipit: Magnos sæpè terrores pios concepisse in V. Testamento, ob tot cruentationes victimarum, nullum est dubium, quibus peccati atrocitas præfigurata. Terrores illi etiam conscientia fuerunt, imperfectitudinem istorum sacrificiorum arguentis, verum Christi sacrificium velur anhelantis.

7. *Ob luminis impeditiorem.* Umbra lumen impedit: Lex usque ad Johannem fuit, ad cuius usque tempus lumen Christus, lumen Evangelii impeditum, Joh. I. v. 29. *Hic est agnus Dei. Credite Evangelio,* Matt.

3. Umbra terrenarum Ceremoniarum eclipsin lunæ, hoc est, ecclesiæ V. Testamenti causavit, quando non tanto cognitionis lumine radiavit. Ceremoniis scilicet interpositis, velut terra, inter solem justitiæ Christum & lunam Ecclesiam.

8. *Ob sterilitatem.* Ubi umbra perpetua, ibi perpetua sterilitas; neque enim radii solares in terram incidere queunt, eamque calefacere. Ita fructus ex Isai non oriebatur, radix illa sterilis erat, durantibus Ceremoniarum umbris; Hinc vaticinium, Esa. II. v. I. *Orietur surculus de radice Jesse.*

9. *Ob umbræ varietatem.* Adi scholam Opticam, in qua variæ umbræ, pro ratione varia corporum spargentium. Variæ maximè Ceremoniarum umbræ, in sacrificiis, figuræ variæ, ut infra patebit.

10. *Ob fugam.* Fugit umbra, veniente luce. Fugerunt ceremoniæ Christo veniente.

LEX CEREMONIALIS ELEMENTA,

Col. 2. v. 8. 20.

1049. Gal. 4. v. 3. *Sub elementis mundi eramus.*

Egena & infirma elementa hæc erant. Sub quibus in-

in-

infantes eramus & in *servitutem* redacti. Ecclesia ergo infantilis in V. T.

1. Gentis Judaicæ limitibus velut incunabulis inclusa, ut scilicet ex hac ecclesia vera Dei cognitio peteretur, cui *creditaerant Dei eloquia*, Rom. 3. v. 2 Respectu ergo latissimæ Evangelii propagationis infans fuit, quæ per Apostolos secuta: Aliàs Deum nequam arcuisse gentes ab ecclesiæ societate, alibi monstratum fuit.

2. *Intelligentiæ mysteriorum gradu*; qui infantium fuit.

3. *Disciplinâ & pædagogia*, Gal. 3. v. 24.

Hæc *elementa* fuerunt, hoc est, puerorum prima rudimenta.

2. *Mundi*, partim *ob materiam*, quia desumpta erant à rebus mundanis, partim *ob Dei finem*, qui per pomposam hanc ostentationem elementorum, totum mundum erudire, ministerio populi Judaici, volebat.

3. *Egena*, quia egerunt ipso corpore Christi.

4. *Infirmi*, quia non justificabant, verum animabus robur non addebant.

LEX CEREMONIALIS TOTA in typis.

1050. Exod. 25. v. 40. *Facies omnia secundum exemplar in monte monstratum*. De tabernaculi apparatus fermo est, variarumque in eo ceremoniarum peragendarum (Docemur, in divinis omnia ex verbo Domini ordinanda, frustra que eum mandatis coli humanis, Matth. 15. v. 9. Col. 2. v. 22. Esa. 29. v. 13. Ergo ad exemplar monstratum à se, Dominus Mosen revocet) Breve texam alphabetum quarundam; Singulas percensere, integræ labor iliados.

I. Ar-

1. *Arca tecta Cherubimis* significat, Deum suos in Christo tegere. Vide: *Christus est arca*. Ecclesie etiam typus, quæ alitur manna cœlesti, regitur virgâ sacerdotis, legem in corde habet.

2. *Altare holocausti* in deserto ex lapidibus impositis, Christi humilem statum.

3. *Idem areum*, carnis Christi fortitudinem, omnia pro nobis perferentem, 2. Evangelii prædicationem.

4. *Altare suffitus*. Christi 1. Mediationem. 2. Crucem. 3. Cor cuiuslibet pii.

5. *Aspersiones varia*, unicam illam per sanguinem JESU CHRISTI.

6. *Agnus Paschalis* ipsum Christum ut supra.

7. *Annus Jubilæus* diem judicii, infr. de judicio.

8. *Annus Sabbaticus* eundem.

Ablutiones, Christi ablutionem, Apoc. i. v. 5.

Armus hostiæ pacificæ motus ad levandum, Christi in cruce exaltationem, Lev. 7. v. 30. Ansulæ aureæ quinquaginta, quibus loramenta indebantur, ut aula inter se conjuncta essent; significant ecclesie membra diversa in terra cœlisque unum tantum esse tabernaculum, utcunque inter se dispersa sunt, Cant. 6. v. 7. Eph. 4. v. 5 6 7. Coloss. 3. v. 11. Eph. 1. v. 10. Hebr. 9. v. 11 cap. 10. v. 19. 20. Apoc. 21. v. 3.

Cibi ex animalibus immundis, malorum conversiones vitandas & gentilium immunditiam, Conf. Act. 10. v. 15.

9. *Circumcisio*, peccati corruptionem, spirituales regenerationem.

10. *Ciborum discrimina* varias de virtutibus vitis-que commonefactiones.

Cheru-

Cherubini propitiatorium adversis faciebus intuentes. consensum V. & N. Testamenti. 2. Aviditatem χ π α ρ α ν ω ν angelorum, in Evangelii mysteria introspicere gaudentium, 1. Petr. 1. v. 12.

Cana arrha quædam Christi venturi.

11. *Festum clangoris* 1. Perpetuum piorum gaudium, 2. Evangelii præconium.

12. *Festum expiationis*; perpetuam de illa expiatione sollicitudinem.

13. *Hysopus fidem*, quâ corda nostra aspersa mundantur.

14. *Hadus in lacte* matris non coquendus; Christum in infantia non occidendum, supr. de Christo.

15. *Immunditia varia*, etiam levissima peccata vitanda esse, innuebant.

16. *Fuge sacrificium*, preces.

17. *Intinctiones varia*, Christi mundationem.

18. *Labrum æneum* fidei purificationem, sine qua nemo ad Deum accedere potest.

19. *Lucerne* lumen propheticum N. Test.

20. *Libamina* ædificationem ecclesiæ juvandam, vel profusa vita, Phil. 2. v. 16.

21. *Mensa* cum panibus, 1. Christum, 2. Verbum.

22. *Manna* Evangelium, Articul. seq.

23. *Neomenia* Christi & ecclesiæ conjunctionem cum maxima festivitate in altera vita: Inf. de vita æterna.

24. *Oleum* Spiritus sancti dona.

25. *Panis* propositionum Christum. Vid. supr. Christus est panis propositionum.

26. *Puerpera* purgatio immunditiam peccati.

Pro-

Propitiatorium Christum ipsum. Vid. Christus propitiatorium. Ex eo loco Dominus preces exau- diebat: Sic in Christo nostræ preces exaudiuntur, Joh.16.v.23.

27. *Sacerdos* summus, ejus conjugium, vestes, ci- bus, ornatus, tota vita; Christum, ejus majestatem, puritatem, hinc inde suis locis appel.

28. *Sacrificia* quomodo Christum adumbrarint, supr.art. de passione Christi.

29. *Sabbatum* vitam æternam. Inf. de vita æ- terna.

Sanctum sanctorum, Exod.26. v.33-34. Hebr.9. v.2.3. ipsum cœlum.

Tabula legis arcæ impositæ indicant, Christum le- gis finem esse, Rom.10.v.4.

Thuribulum significat cultum pietatis in fideli pe- ctore per preces & suspiria, Apoc.8.v.3.4.

Velum significat Christi carnem, quâ divinitatem operuit, peccata nostra texit, se medium stetit inter Dei justitiam, nostramque impuritatem, Hebr.10. vers.20. Idem velum Cherubinîs erat refertum, ut significaretur, multitudinem angelorum Christo in- fervire, perque ipsum ascendere & descendere, Joh.1. v.51.

Virgâ in arca notat legis vindictam, instantemque cunctis peccantibus mortem, ni Christus alis gratiæ suæ nos tegat, Num.17.

DE TABERNACULO & Templo.

1051. *Tabernaculum* i. notat *Christum ipsum*, in quo tota plenitudo DEITATIS habitat *σωματικῶς*, Coloss.2.v.9.

2. *Ecclesiam*, extra quam nulla salus, Apoc.11. v.2. quæ-

quæque in Christo fabricata, Apocal. 13. v. 6. & cap. 21. v. 3. conf. 2. Chron. 6. vers. 5. & Eph. 2. v. 21.

3. Quemlibet *pium*, qui Dei tabernaculum esse debet, 1. Cor. 6. v. 19. 2. Cor. 6. v. 16. Lev. 16. v. 26. 11.

4. *Cælum* ipsum, tabernaculum illud sine manibus factum, 2. Cor. 5. v. 1. 2.

5. *Ecclesia statum* in hoc mundo vagum incertumque, cuius obnoxium turbini; quemadmodum tabernaculum de loco in locum transferebatur. Huc pertinet *Materia* templi, quæ erat aurum, argentum, æs, hyacinthia, purpurea, limus, lana caprarum, pelles arietum rubefactæ, ligna Sittum, &c. Quæ materiæ tabernaculi varietas donorum in ecclesia & membrorum ejusdem varietatem distinctionemque notabat.

Forma, cujus architypus erat cœlestis, Exod. 25. v. 9. 40. c. 26. 30. c. 27. v. 8. Act. 7. v. 44. Hebr. 8. v. 5. Quid significet, dixi all. 1050. ab init.

Efficiens, quivis industrius, Exod. 36. v. 1. & 7. Hic figurantur omnes ecclesiæ ministri, Rom. 12. v. 7. 8. 1. Cor. 12. v. 5. Eph. 4. v. 10. 11. 1. Petr. 4. vers. 11. Imprimis Bezaleel & Aboliab Exod. 36. v. 1. 2. & c. 31. v. 2. 6. Hi duo prophetarum imaginem gerebant, ecclesiæ, ἀρχιτεκτόνων, 1. Corint. 3. v. 10. Ephes. 3. v. 20. Jerem. 1. v. 5. Gal. 1. v. 15.

Tegumentum tabernaculi, Exod. 26. v. 14. notat Dei præsidium, quo is ecclesiam tuetur, Esa. 4. v. 6. Psal. 27. vers. 5.

Tabulatum erat ex asseribus & columnis, significans munera varia in ecclesia sustentantia eandem, Prov. 9. v. 1. Gal. 2. v. 9. Col. 2. v. 19.

II. *Coagmentatio* tabernaculi, (ex suis enim partibus componebatur.)

1. Chri-

1. Christi *Gubernationem*, Eph. 4. v. 16. cap. 3. v. 19.
2. Spiritus Sancti *motionem*, Rom. 8. v. 14.
3. Piorum *unionem*, Eph. 4. v. 4.
4. Charitatis *naturam*, quæ per commissuras varias notata.

1. *Ecclesiæ militantis statum*. Poterunt enim tabernaculi partes disjungi, & contra, Exod. 26. v. 17. Num. 3. v. 36. cap. 7. v. 8. significatum, fideles in hoc tabernaculo sui corporis, peregrè abesse à Domino, donec ad regni Christi stabilitatem in cœlis paratam pervenissent, Deut. 12. v. 9. 2. Cor. 5. v. 4. 2. Petr. 1. v. 13. *collatis inter se*.

III. *Mutatio* tabernaculi in templum.

1. Politicæ Judaicæ statum mutabilem.
2. Christi redintegrationem, tanquam veri Salomonis, qui erexit tabernaculum David, Amos 9. vers. 11.

IV. Templi *unitas*, ecclesiæ unitatem spiritualement sub uno capite Christo.

V. *Distinctio*.

1. Atrium duplex, mundum.
2. Sanctuarium ipsum, ecclesiam Dei representabat.
3. Sanctum sanctorum, ipsum cœlum, Heb. 9.

VI. *Eversio* templi per Chaldæos, Christi vivi templi passionem quodammodo adumbrat.

VII. *Templi secundi gloria* dissimilis priori fuit, Aggæ. 2. v. 10. quia ipse gloriæ Dominus advenerat. Confer supra cap. de Christo. De oblatione Christi in templo.

31. *Thus preces*, Apoc. 3. v. 5.

32. *Velum* Cherubinis refertum; humanitatem Christi, cui angeli inserviunt.

33. *Virga Aaronis* 1. Christi sacerdotium virens post mortis noctem. 2. Crucem piorum, qui contra insultus impiorum virefcunt, Pfal. 92. v. 13. 14. 15. sed manum (quod ajunt) de tabula: passim enim in toto hoc libello ejusmodi ceremonialia explicata sunt. Consultatur locorum scripturæ index.

ARTICULUS IV.
DE EVANGELIO.

BACULUS JUCUNDUS

Zach. II. v. 7. Evangelium dicitur.

1052. Assumpsi mihi duas virgas: Unam vocavi Decorem; Alteram Funiculum.

1. *Respectu cause principalis Christi*, qui est mitis, Matth. 11. v. 29. 2. Cor. 10. v. 1.

2. *Ex qua, materia.* Baculus hic est è ligno vitæ Christo excisus.

3. *Circa quam, materiæ,* sunt oves mansuetæ, Pfal. 25. v. 9. conriti Spiritus, Esa. 66. v. 2. cap. 50. v. 4.

4. *Finis*, ut hoc baculo oviculæ regantur & consolentur, Pfal. 23. v. 4. Mich. 7. v. 14.

5. *Effecti & usus.* Baculo devicit David Goliathum, 1. Sam. 17. v. 40. 44. Nos Evangelii baculo Satanam. In eo enim fides proponitur, quæ vincit mundum, 1. Joh. 5. v. 4. cap. 2. v. 13.

6. *Adjuncti.* Oviculæ Jacobifætæ reddebantur baculis variatis, Gen. 30. v. 41. Evangelium est baculus variatus ob divinam sapientiam, misericordiam, bonitatem, quas in Evangelio propositas dum contemplamur, spiritualiter inebriamus, Pfal. 36. v. 9. Eph. 5. v. 18. Hoc baculo jucundo oves suas afflictas pascit fidelissimus ille animarum pastor.

EVAN-

EVANGELIUM EST FONS

Rachaboth, Gen. 26. v. 22.

1053. Isaac pressus à Philistæis, tandem invenit fontem Rachaboth, dixitque: *Nunc dilatavit nos Dominus*. Pressi eramus à lege; invenimus tandem fontem Evangelii, quod est verè fons Rachaboth

1. *Nomine*, Rachaboth significat latitudines. Evangelium est vera latitudinis prædicatio

1. *Dei nimirum bonitatis*, quæ lata est, Eph. 3. v. 18, ex hac bibere possumus fide, sicut fonte latissimo.

2. *Conscientia tranquillitatis*, quæ in latum Christi refugium deducitur, ex angusto peccatorum ergastulo.

2. *Omne*, Evangelium est latum

1. *Prædicatione*, quâ ubique vulgatum, Matth. 28. v. 29.

2. *Materia*, quam tractat. Hæc enim peccatori respicienti monstrat latitudinem refugii in vulneribus Christi, ut locus sit verbis David, Psal. 31. v. 9. Psal. 18. v. 20. (cùm in lege in angustias inferni & maledictionis conjicimur) & Isaaci, Gen. 26. v. 22. nobis in patria cœlesti locus latus est præparatus, longè melior hospitio, de quo Gen. 24. v. 25.

EVANGELIUM EST OLIVÆ

folium.

1054. *Columba ad Noachum reversa, folium olivæ attulit*, Gen. 8. v. 11. *Christus nostra columba, nobis in fluctibus damnationis jactatis, attulit olivæ folium, hoc est, Evangelium, quod cum olivæ comparatur*

1. *Ob ortum*, Oliva nascitur ex olea: Ita Evangelium ex Christo, spirituali olea,

1. *Ob soliditatem*, Lignum enim oleæ habet soliditatem: Ita Christus solidam gratiæ ubertatem.

2. *Ob imputribilitatem* : Ita Christi gratia nunquam putrefcit : Omnibus est nova accedentibus.

3. *Humorem in medulla* : Christo cor plenum est humore vitæ ; quia vera arbor vitæ est.

4. *Fronidium viredinem* : Ita sub Christo omnia revirescunt, Hof. 14. v. 6. 7. 9. Zach. 6 v. 12.

2. *Unctiositatem*, quam oliva in fructu habet : Ita à Christo unctiorem sanctam habemus, 1 Joh. 2. v. 27.

2. *Utilitatem olivæ*. Oliva enim oleum dat, *pabulum* luminis, *medelam* vulneris, *refectionem* esurientis : Ita Evangelium, spiritualis oliva, dat oleum Christum, qui est pabulum spiritualis luminis. Ipso enim pascitur anima nostra, medela vulnerum nostrorum, Psal. 103. v. 3. refectionem esurientis in hac vita, Joh. 6. v. 35. alterâ Apoc. 7. v. 16. 17.

3. *Significationem*. Olea pacis index : Ita Evangelium pacem nobis indicat, Eph. 2. v. 14. Folia ficus Adamo iram Dei significabant, Genes. 3. v. 7. Folium olivæ Evangelicæ Dei amorem nobis indicat.

EVANGELIUM EST MAN.

Exod. 16. v. 35.

1055. 1. *Nominis significatione*. Man, donum significat : Evangelii optimi doni nuncium est, donum ipsum Dei filium, Johan. 3. v. 16. Cum hoc dono multa alia connexa, Rom. 5. v. 15. cap. 6. v. 23. Ephes. 2. v. 8. cap. 4. v. 8.

2. *Tempore* : Manna nocte descendebat, die apparebat ; Ita Evangelii Man nocte Veteris Testamenti descendit, Sole iustitiæ diem novi Testamenti inchoante, & nunc clarius manna apparuit, nocte Vet. Testamenti fugatâ.

3. *Duratione*. Tempore peregrinationis durabat

Man-

Man, Exod. 16. v. 35. Ita Evangelium durat peregrinationis nostræ tempore, donec ad patriam perveniamus.

4. *Inventione.* In castris Israelitarum solum inveniebatur: Ita Evangelium in ecclesia est.

5. *Rore.* Exod. 16. vers. 13. Ita Evangelii doctrina monstrat rorem divinæ misericordiæ, Osee 14. vers. 9.

6. *Colore.* Man candidum fuit, Exod. 16. v. 31. Ita doctrina Evangelii peccata nostra candidiora esse nive monstrat; monstrat nobis dilectum nostrum candidum Christum Jesum, cujus candore, vitæ æternæ candidati judicamur.

7. *Sapore gravissimo:* Ita afflictis conscientis Evangelium dulcissimum saporem affert. In eo enim *gandum magnum* revelatur, Luc. 2. v. 10.

EVANGELIUM EST

sinapi.

1056. 1. *Ratione fructificationis.*

2. *Ignæ nature.*

3. *Fragrantia:* Ita Evangelium fructificat in toto mundo, pectora amore Dei inflammat, & quo plus teritur, eo magis crescit & odorem spargit. Vide Matth. 13. v. 31. 32.

EVANGELIUM LAC.

I. Cor. 3. v. 2.

1057. 1. *Sinceritate.* Evangelium nimirum sincerum à traditionibus humanis, Matth. 15. v. 3. Tit. 2. v. 8. Doctrina est irreprehensibilis.

2. *Suavitate.* Evangelium est suave oleum.

3. *Nutritionis.* Sic Evangelium, Eph. 4. v. 13.

4. *Infantis ætatis respectu,* cui præbatur; Ita puillus est grex, infans mundo apparet; Evangelium pro-

fitens, Zeph. 3. vers. 12. Luc. 12. vers. 32. 1. Corinth. 1. v. 17. seqq.

EVANGELIUM EST VINUM
vel vitis.

1058. 1. *Ratione refectiois*, Syr. 31. v. 32. Ita Evangelii doctrina reficit languentes animas, Esa. 50. v. 4.

2. *Gaudii*: Sic Luc. 2. v. 10.

3. *Inebriationis*: Ita spiritualiter per Evangelium implemur, Eph. 5. v. 18. *Impleamini Spiritu*, Actor. 2. Apostoli. Huc spectat Cant. 5. v. 1.

4. *Exultationis*, quæ est gaudium intensius: Ita in Evangelio exultamus, quia in salutari nostro exultamus.

EVANGELIUM ANIMOS CON-
sternatos erigit.

1059. *Elias post aura tenuis sibilum, faciem obvelavit*, 1. Reg. 19. v. 13. Aura tenuis Evangelium est, gratissimum lassis peccati pondere, Psal. 38. v. 7. æstu crucis fatigatis, Matth. 11. v. 28. Es. 50. v. 4. infirmis, 2. Cor. 12. v. 9. Auram frigidam viator sub arbore quærit. Arbor Christus est, sub cujus tegmine fide recumbens, solatium experietur, sperans quiescet, Esa. 30. v. 15.

EVANGELIUM EST THESAURUS,
Matth. 13. v. 44.

1060. Abscondimus in agro 1. *Ob desiderium*: Ita Evangelium afflictis desiderabile.

2. *Ob copiam*: Ita in thesauro Evangelii omnis bonorum cœlestium copia reposita est, Eph. 1. v. 3. Roman. 8. v. 32. 2. Cor. 6. v. 10. Hic est thesaurus Josephi nostri, Gen. 43. v. 23. ipse Deus thesaurus noster, Jer. 10. v. 16.

3. *Præ-*

3. *Præfetti sunt ministri annunciantes*, Matth. 13. v. 52. *Absconditus est hic thesaurus sapientibus seculi*, Matth. 11. v. 25. *à Satana excæcatis*, 2. Cor. 4. v. 4.

EVANGELIUM INVITAT

homines.

1061. *Hiskias epistolam mittit ad Ephraim & Manasse*, 2. Chron. 39. v. 1. *Jehiskia & robur nostrum*, Christus est, Psal. 18. v. 2. Jer. 16. v. 19. Evangelium suum misit ad nos : Hæc est illa Epistola, quam ipse à sinu patris protulit, Joh. 1. v. 18. quâ ad paschatis celebrationem invitamur, 1. Cor. 5. v. 7. ut nonnulli blandum illud κέλευσμα Jehiskia spernunt : Ita Evangelii vocem : Alii enim agros invisunt ; alii uxorem ducunt ; alii visum pecora cunt, Luc. 14. v. 19. seqq.

EVANGELIUM COR MUNIRE

necessarium est.

1062. *Egressuri ex Aegypto Israelita calceamentis pedes muniebant*, Exod. 12. v. 11. Ita & nos in terram veræ quietis, duce vero Josua profecturi, Hebr. 4. v. 8. 9. operam demus, ut calceati simus, hoc est, ocreâ Evangelii induti, Eph. 6. v. 15.

EVANGELIUM DOCET NOS

pugnare contra hostes.

1063. Exod. 17. v. 9. *Josua elegit viros fortes & strenuos ad bellandum*. Notatur Evangelii virtus, quod vires ad militiam spiritualem suppeditat ; non lex, quæ solum terrorem incutit : ideoque Moses non elegit bellatores, sed Josua, qui Christi typus.

CHRISTUS OMNIBUS PROPOSITUS
in Evangelio.

1064. Esa. 52. vers. 10. *Brachium Domini in oculis*

Ii 4

omni-

omnium gentium manifestatum esse dicitur. Christus est brachium illud, qua ex Ægypto infernali educti sumus, tanquam excelso, Exod. 6. v. 6. extento, in quo facit potentiam, Luc. 1. v. 51. Manifestum est hoc brachium.

1. *Dei oblatione*, qui vult omnes per hoc salvari.
2. *Evangelii prædicatione*, quâ brachium illud omnibus gentibus, quibus etiam præparatum Luc. 2. v. 31. verbo manifestatum, Matth. 28. v. 19. Rom. 10. v. 18. 19. Coloss. 1. v. 6. & 23. Hoc ergo extensum Domini brachium, quo nos ad se pertrahere studet pater, Joh. 6. v. 44. & filius ipse Joh. 14. non speramus, sed apprehendamus in verbo, ne Esaïæ querela in nos quadret, Esa. 53. 1. Joh. 12. v. 38. Rom. 10. v. 16.

PRÆDICATIO EVANGELII.

1065. Ezech. 47. v. 1. seq. *Fluvius egrediebatur: Evangelium hic significat, quo ut aqua limpidissima lavamur*, Joh. 17. v. 15.

1. *Aquæ hæ scaturiunt in sancto sanctorum*, quia lex quidem ex parte naturâ nota est, Rom. 1. Evangelii verò doctrina divinitus patefacta.
2. *Vergebat fluvius ille ad latus dextrum: Deus enim est, qui potenti dextrâ suâ Evangelium suum contra portas inferorum tutabitur*, Matth. 16. v. 18.
3. *Ad altare vergebat.* Hoc Christus significat, Hebr. 13. v. 10.
4. *Ad meridiem vergebat*, quia Evangelium æstus tentationum mitigat.
5. *Exile principium fluvius habet, tandem ad eam excrescit profunditatem, ut ne vado quidem transire possit: Ita doctrina Evangelii paucis quidem capitibus comprehenditur, quæ lac Apostoli vocant.* Verum

rum illa in tantam mysteriorum altitudinem excrescunt, ut cum Apostolo exclamare habeamus necessum, Rom. II. v. 33. *O altitudo.*

6. *Natando* trajecit tamen fluvium: Ita Evangelii mysteria fidei cortice pernatamus.

7. De mari in mari derivatus fuit fluvius, quod Evangelii prædicatio significatur, Coloss. I. v. 26. sparsi in universum τῆς οὐρανῶν circuitum.

8. Aquæ maris salutes redduntur. Hoc ipso ostenditur, verbo Domini omnia sanari, Sap. 16. v. 12. & piscosæ redduntur aquæ, quod Evangelii fructus copiosissimus innuitur, Esa. 53. Matth. 12.

9. *Multi* ibi erunt piscatores: Hi prædicatorum notant copiam, quos Dominus extrudet in vineam suam, Psal. 68. v. 12. Eph. 4. v. 11.

10. *Paludes* autem & lacus præter has aquas non erunt salutes. Paludes peccatores obstinatos notare possunt, in cæno peccatorum se volutantes, 2. Petr. 2. v. 22. Luc. 11. v. 26. *Lacus* hæreses. *Arbores* juxta ripam fructiferæ, pii sunt.

EVANGELIUM EST NOVUM.

1066. Matth. 13. v. 52. *Pater familias de thesauro suo profert vetera & nova.* Pater familias ecclesiæ doctor est, qui ex thesauris spiritualibus præceptorum Dei, Psal. 119. v. 56. profert vetera, legem, & nova, id est, Evangelium, quod dicitur,

1. *Ratione nova letita*, quam annunciat, Luc. 2. vers. 10.

2. *Gratiarum actionis*, quam postulat.

3. *Mirabilitatis*, quam ostentat, Jer. 31. v. 22. *Fœmina* circumdedit virum.

4. *Diversitatis*: Nova enim à veteribus diversa

II 5 sunt:

sunt: Ita magna doctrinæ legis & evangelii diversitas.

5. *Acceptabilitas*: Nova enim quæ sunt, grata accidere solent.

6. *Vitæ novitatis*, cui studere debemus omnes, novis beneficiis Deo obstricti.

EVANGELIUM EST PULCHER Dei splendor.

1067. *Ex Zion*, Psal. 50. v. 2. 1. *Est splendor*. Is est Evangelii.

1. *Obcausationem*: Splendor enim à luce causatur, vel sole, Ezech. 1. v. 13. Ita Evangelii splendor à luce vera Christo, Joh. 1. sole illo justitiæ, Mal. 4. v. 2. Joh. 1. v. 18. *Filius revelavit*. Quod enim Dei gratia & misericordia nobis splendeat, ex Christo scimus.

2. *Ardorem*: splendor pro gradu nonnunquam ardet: Ita Evangelii splendor nostra pectora amore Dei ardere facit. Discimus enim ex Evangelio, Christum impensè nos dilexisse: Hæc dilectio rursus dilectionis ignem in nostris cordibus excitat, per charitatis opera splendescentem.

3. *Dies annuntiationem*: Splendor enim solis solem adesse significat: Ita evangelii splendor, die novi testamenti illucens, tenebras noctis abiisse indicavit. Hoc docet Apostolus, Rom. 13. v. 12. *Nox transit, dies appropinquavit*. Si dies, ergo & sol. Ubi sol, ibi splendor quoque est.

4. *Nubium penetrationem*: Splendor solis hanc efficit: Ita Evangelii splendor nebulas tristitiæ & umbrarum in V. Testam. fugavit, eas penetravit, alleg. Psal. 18. v. 13. Lex quoque nebula abscondens gratiosum Dei vultum: Hanc autem etiam legis tristem nebulam

Evangelii

Evangelium dispellit, & in Christo amicum Patris vultum ostendit.

5. *Commodam ambulationem*: De die commodius ambulare licet, quam nocte: Ita in splendore evangelii melius ambulamus, quam nocte V. Testam. Esa. 60. v. 3.

6. *Splendoris Mosaici diversitatem*: Dicitur enim Evangelium splendor pulcher, non terrens ut Mosis, Exod. 34. v. 29. sed reficiens ut Christi, Matth. 17. v. 2. Mosis splendor erat instar armorum splendentium, in nostram damnationem: ut Esa. 22. vers. 6. Habet enim ministerium damnationis, extra Christum, 2. Cor. 3. vers. 7. Moses facie tantum refulgebat: Christus & facie & veste Luc. 9. vers. 29. neutram tamen molestus.

2. *Ex Zion prodit*: Evangelium enim sicis animabus robur præstat, contritis, Esa. 66. v. 2. seq. Psal. 72. v. 12. 13. seq. Deinde ex Zion, hoc est, Jerusalem prima Evangelii prædicatio promulgata, juxta illud Esa. 2. 3. & Luc. c. 24. v. 47.

EVANGELIUM EST PLUVIA gratiosa.

1068. Psal. 68. v. 8. *Terra mota est, cæli destillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ & infirmam perficis.* Legis & Evangelii collatio.

1. Terra mota est i. in divinæ potentie indicium.

2. In significationem iræ divinæ: nempe cum Lex in monte Sinai promulgaretur, Exod. 19. v. 18. Lex enim iram Dei revelat Rom. 1. v. 18.

2. Cæli destillaverunt, imbres & tonitrua profuderunt; quæ omnia majestatem legis ejusque auctoris significant, d. l. Exod. 19. v. 16. 18. 19.

3. A fa

3. A facie Dei Israel exstufefcente fcilicet creatura ad præfentiam & feueritatem tanti Domini, qui præfentix fuæ figna terribilia edebat, ad fignificandum iuftitiæ divinæ rigorem. Evangelium autem erigit perterrefactas mentes, nec fulmina deftillat, ut lex; fed eft pluvia gratiofa:

1. *Ob terra potationem.* Pluvia terram potat: Siciitem animam Evangelium potat, Pfa. 42. v. 1. Pfa. 143. v. 6. Hæc potatur falutari hac aquâ, ex promiffo Domini, Efa. 41. v. 17. Potationem hanc fentiunt, non, nifi animæ ficientes, ad potum divini folatii anhelantes, Luc. 6. v. 21. Matth. 5. v. 6.

2. *Ob deftillationem.* Deftillat evangelii pluvia, falutaris doctrina illa in peccatorum corda confracta, longe melius, quam illa Mofis, Deut. 32. v. 2.

3. *Fœcundationem,* 2. Sam. 23. v. 4. Efa. 55. v. 10. Ita fœcunda redduntur pectora Evangelii pluvia, ut Deo fructum iuftitiæ ferant, Matth. 3. v. 2. 8. *Credite Evangelio: Facite dignos fructus pœnitentiæ.*

4. *Expectationem.* Pluviam agricola expectat folite. Pluviam Evangelii claram illam patres V. Teftamenti folicitè expectaverunt. Conf. Job. 19. verf. 23.

5. *Terra mollitionem.* Pfa. 65. v. 11. Corda hominum pluvia evangelii mollefcunt, Ejus effectus exemplum, Act. 2. v. 41.

6. *Caufationem.* Nubes deftilant pluviam, Job. 36. v. 27. Ecclef. 11. v. 3. Spirituales nubes funt miniſtri. (Vid. infr. de miniſterio.) ex quibus pluvia Evangelii falutaris deftillat.

7. *Agitationem.* Pluvia à vento agitur, Prov. 25. v. 14. Spiritus fanctus ventus, Evangelii pluviam agitan.

8. Deo

8. *Demissionem*. E cœlo pluvia dimittitur, Esa. 55. v. 10. Evangelium de cœlo delapsum, nulli rationi obvium. Filius qui in sinu patris est, ille nobis (Evangelium) revelavit, omni rationi humanæ absconditum.

9. *Fulgurum conjunctionem*, Jerem. 10. v. 13. In ipso evangelio emicant fulgura *justitiæ* in Christo completa, quem Deus pro nobis peccatum fecit, 2. Cor. 5. v. 21. Emicant hæc fulgura, quia legis & evangelii effecta muniaque conjuncta sunt in homine convertendo, ut & lex fulgura justitiæ divinæ ostendat comminando: Evangelium vero pluvia sit gratissima consolando.

10. *Accretionem*, Esa. 44. v. 14. Facit enim pluvia accrescere segetes: Ita per evangelium Christo insiti crescimus, ut plantæ Dei in honorem, ut templum Domini: Eph. 2. v. penult,

Hæc est illa gratiosa pluvia, de qua etiam Ezech. cap. 34. v. 26. Hujus pluvix effectus est REFOCILLARE: Evangelium enim refocillat nos,

1. Qui sumus hæreditas Domini sicca.

1. Ob peccatum, Psal. 32. v. 4.

2. Ob legem, quæ ignea: Vid. supr. de lege.

3. Ob iram Dei, quæ ignis.

4. Ob locum mundum, qui locus siccus: Vid. Mundus est desertum.

5. Ob conscientix ardorem, quem evangelium tollit, 1. Joh. 3. v. 20. Rom. 8. v. 1. cap. 5. v. 1.

2. Refocillat, Psal. 19. v. 8. Psal. 66. v. 12. Psal. 119. v. 25. Hæc est aqua Simsonis, Jud. 15. v. 19. *Evangelium est cithara illa Davidis*, quam in cordibus nostris *pulsæ* Christus digitò Spiritus sancti, tangit *fidei fides*, & cruce *extendit*, ut benè *sonent* & Spiritus furoris *abigatur*,

gatur. Corpus est cor nostrum, in quo fidei fides in-
thara evangelii extenditur.

EVANGELIUM EST FLOS.

1069. Quò refocillamur à sponso nostro spiritua-
li, Cantic. 2. v. 5. Hic flos spargit odorem fragrantia &
vitæ omnibus credentibus, 2. Cor. 2. v. 16. In valle cre-
scit humilis pectoris, non cacumine superciliosi mon-
tis. Confortat debiles hic evangelii flos, Esa. 35. v. 3.
Jer. 31. v. 25. Matth. 11. v. 28. usque ad tempus plenariæ
refectionis, Actor. 3. v. 20.

EST FLOS.

1070. Reficiens omnia, Syrach. 43. v. 24. Conf.
supr. cap. 1. de verbo Dei all. 30. & applica ad evange-
lium.

EVANGELIUM COELUM APER- tum ostendit.

1071. Apoc. 11. vers. 19. *Johannes vidit cælum aper-
tum, templum Dei, & visa est arca testamenti ejus,
in templo ejus.* Evangelii doctrina cælum aperit, desi-
derio illius inspiciendi angeli flagrant, 1. Petr. 1. vers. 12.
ejus gaudium annunciant, Luc. 2. vers. 10. Evange-
lium apertum jam nobis cælum per Christum ostendit,
arcam testamenti, non legalis illius, non tabulas
illas, sed evangelici & gratuiti fœderis, quod in Chri-
sto fidei conditione pactum est, de quo Esa. 55. v. 3. 4.
Ezech. 34. v. 25. Hebr. 9. v. 16. 17. Actor. 3. v. 25. Evan-
gelium ostendit arcam testamenti, duobus Cheru-
binis, justitiâ imputatâ & misericordiâ donatâ te-
ctam.

EVANGELIUM EST MAR- garita,

1071. Quam sibi prudens ille mercator compara-
vit, Matth. 13. v. 45.

1. Ob

1. *Ob eximiam nobilitatem*, Job. 29. v. 18. Vera sapientia in evangelio est, quapropter verè margarita est, 1. Cor. 2. v. 7. proponit sapientiam Christum, 1. Cor. 1. v. 30. Hæc sola est nobilissima sapientia scientiaque Joh. 17. v. 1.

2. *Ob ornatum*. Margaritæ ornant homines: Evangelii doctrina verum ostendit ornatum in Christo, Psal. 45. vers. 14. Lex deformatem & vestes nostras menstruatas, Esa. 64. v. 6. ostendit, nuditatem spiritua-lem, Apoc. 3. v. 18. & Gen. 3. v. 7. reteggit. Pro his ornamenta Evangelium ostendit, quæ in Christo invenimus, ornante ecclesiam suam, Ephes. 5. vers. 27. Esa. 61. vers. 10.

3. *Ob cordis confortationem*. Margaritæ cor confortant: Evangelii margarita cor maximè confortat humilium, Esa. 61. v. 1. 2. Hoc indicat Johannes, 1. Epist. 3. v. 20. 21.

4. *Ob oculorum curationem*: nam & his margaritæ mederi dicuntur: Ita evangelium oculos nostros illuminat prædicatum claritate sua, quæ major est illâ Mo- sis, 2. Cor. 3. v. 13. nam revelata facie gloriam Domini speculamur, 2. Cor. 3. v. 18. Itaque evangelium non est opertum, sed apertum, 2. Cor. 4. v. 2. oculorum nostro- rum verum collyrium.

5. *Ob generationis rationem*. Margarita generatur ex cœlesti rore, quem certo anni tempore concha haurit; Evangelium est ex rore divinæ gratiæ, (Confer. Gratia Dei est ros, sup. c. 2. alleg. 61.) quam in plenitudine temporis concha cœlestis Christus hausit, in nos effudit, quando ipse pacem inter homines prædicavit, Eph. 2. v. 17. nam per hunc nobis gratia & veritas data est Joh. 1. v. 17.

EVANG.

EVANGELIUM EST SCE-
ptrum

1073. *Virtutis & regni Christi, quod Dominus misit e Zion, Pſal. 110. v. 2. quo dominatur etiam in medio inimicorum suorum, quod ex Israel ortum, Num. 24. v. 17. Conf. ſupr. cap. 9. artic. 15. all. 31. num. 1. 2. ſeq. Evangelium eſt illud gratioſum Dei patris ſceptrum, quod inclinatum, per filium incarnatum, aditum nobis ad Deum patefecit, ut Ahaſveri, Eſth. 4. v. 11. imo viam plenam oſtendit, Joh. 14. v. 6. Ego ſum via & veritas.*

Qui ſub gratioſo hoc Evangelii ſceptro vivunt, iis nullum periculum extimeſcendum eſt à terribili ſpiritualis Pharaonis ſceptro, quod ceſſabit, Zach. 10. verſ. 11.

EVANGELIUM SAGITTÆ.

1073. *Ille acuta quibus populi conciderunt, Pſal. 45. verſ. 6.*

1. Deus ſagittas has Evangelii in Chriſto paravit. (Vid. ſupr. cap. 9. art. 15.)
2. Spiritus ſanctus has ſagittas leves fecit, ut totum mundum pervolarent, & ignitas, ut corda hominum vulnerarent.
3. Apoſtoli ſagittarii fuerunt, qui ſagittis his feliciter hominum corda vulnerarunt, Act. 2. v. 41.
4. *Et quidem in medio inimicorum regis, ut psalmus habet; ex toto enim mundo, partim Judaicis opinionibus effaſcinato, partim idololatricis cultibus imbuta eccleſia collecta eſt Chriſto.*

EVANGELIUM EST PANIS.

1074. *Melchizedech panem & vinum obtulit Abrahamo, Gen. 14. v. 18. Chriſtus verus noſter Melchizedech,*

dech, (vide suo loco) panem Evangelii nobis obtulit.

1. *Materia farina & aqua ex quibus*; pñtus Evangelii mysticus panis, corpus sanguis & aqua Christi sunt; hæc enim Evangelium nobis proponit 1. Joh. 5. vers. 8.

2. *Fermentatio*. Spiritus Sanctus fermentat hunc panem in cordibus nostris, ut benè sapiat. Nonnumquam lactucas sylvestris crucis illas abjicit, ut sapida magis gratia Dei nobis reddatur.

3. *Procreatio*. Hinc spiritualem Evangelii panem Christus providit in famem animarum spiritualem, ut in typo Josephi monstratum, Gen. 43. v. 31. qui hunc nobis apponi panem quotidie mandat.

4. *Operatio*. Hic est verus sapientiæ panis, Syr. 15. v. 3. cor nostrum roborans, Psal. 104. v. 15. ex quo homo vivit, Matth. 4. v. 4. Hujus panis vim expertus Hiskias, Esa. 38. v. 16. nosque in vitam æternam nutriens.

EVANGELIUM EST POTENTISSIMA VOX.

1075. Psal. 29. v. 3. seq. *Vox Domini super aquas; Deus majestatis intonuit. Vox Domini in virtute; vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringit cedros.*

1. Evangelium est illa Domini vox, quæ super aquas multas, hoc est, multos populos; (aquæ enim populos multos significant, Apoc. 17. v. 15.) quando scilicet Evangelium in toto orbe disseminatum, Matt. 28. v. 18. Coloss. 1. v. 23.

2. Evangelium quoque tonitru est, majestatem & potentiam Dei inducens, operâ & ministerio filiorum

Kk

illo-

illorum tonitru, Marc. 3. v. 14. Tonitru terrorem incutit: Evangelii prædicatio tantum incussit Diabolo terrorem, ut ex impietatis suæ officinis, oraculis, mox post Christum natum protinus secedere coactus sit, obedientia fidei inter GENTES OMNES promulgatâ, Rom. 16. v. 26.

3. In virtute Evangelium fuit & *conversionis* multorum, Act. 2. v. 41. & *miraculosæ operationis*, Marc. 16. v. 20. & *constantissimæ prædicationis*, Act. 5. v. 33. c. 6. v. 10. Eodem respectu Evangelium vox Domini in *magnificentia* fuit.

4. Evangelium *confregit cedros Libanon*. Cedri superbos elatos, supercilio Adamitico turgidos homines significant, qui humiliandi sunt, Esa. 40. vers. 4. 2. Cor. 10. v. 5. *Elata pectora non intrat Evangelii gratia*. Conf. Esa. 61. v. 1. 2. cap. 66. v. 2. 3. cap. 57. v. 15. Psal. 34. v. 19.

EVANGELIUM EST ODOR bonus.

1076. 2. Cor. 2. v. 15. *Christi bonus odor sumus*: Evangelium est bonus ille odor, quem Apostoli sparserunt in toto terrarum orbe.

1. Bonus odor est ob materiam *spiritualia* illa aromata, quæ in Evangelio, ob odorem illum bonæ fragrantiae, quem Christus patri obtulit, Eph. 5. vers. 2. quemque Evangelium inculcat, ut caput summum.

2. Bonus odor est ob *velocissimam penetrationem*, quæ odoris boni propria est.

3. Ob *scætoris abactionem*: odor enim bonus scætores abigit, dispellit: Evangelii odor bonus scætores Idolomaniae Ethnicæ tandem profligavit.

4. Bonus odor corroborat cor, Spiritus vitales recreat: Evangelium cor corroborat, veniam peccatorum

rum

rum annunciando, & spiritualementem vitam in Christo absconditam esse indicat, Col. 3. v. 3. 4. nos recreat, ut soli Christo vivamus, Gal. 2. v. 20. mundo crucifixi moriamur, Gal. 6. v. 14.

5. Odor bonus pestis inimicus. Peccatum, mors, lex hominibus pestis sunt; hanc non implentibus, istam metuentibus, illud semper committentibus: hanc pestem abigit odor bonus Evangelii, peccatum ostendendo, Christi innocentiam, mortem, in Christo ostendendo vitam: legem in Christo monstrando impletionem, Rom. 8. v. 2. 3.

EVANGELIUM EST

lychnuchus.

1077. Exod. 25. v. 31. *Facies candelabrum*. Hoc Evangelium significavit, in quo lucet gratia Dei, Tit. 2. v. 11. quod nutritur in cordibus hominum oleo Spiritus Sancti. Hoc candelabrum non sub modis occultatum, sed in monte positum est, Apostolorum opera, quando in toto mundo prædicatum est. Ex auro solido candelabrum erat conflatum, Evangelium proponit verum aurum ipsum Deum, Job. 22. v. 25. qui nobis aurum in Christo factus est; aurum fidei, 1. Pet. 1. v. 7. proponit. Evangelium Christum ipsum aurum proponit, in passionis igni probatum, ut nos redimeret, non auro & argento, sed pretioso sanguine suo, 1. Pet. 1. v. 18. 19.

Idem Evangelium per septem lucernas adumbratum, ob septem, hoc est, perfectissima Spiritus Sancti bona, quæ non per legem; sed per Evangelium in homines effunduntur, Gal. 3. v. 2.

EVANGELIUM TOTUM MUNDUM

occupavit & destruxit.

1078. Jos. 6. v. 2. dixit Dominus Josuæ: *Ecce dedi*

Kk 2

in

in manus tuas Jericho, & regem ejus, &c.

1. Deus Pater dixit ad verum Josua, *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem*, Psal. 2. v. 8.
2. Mundus verè Jericho clausa est & munita contra arma spiritualia illa, 2. Cor. 10. v. 4.
3. Rex hujus Jericho *Diabolus* est, qui per Evangelii prædicationem ejicitur, Luc. 10. v. 18. seq.
4. *Bellatores*, qui mundum circumierunt, Apostoli & omnes Evangelii doctores fuerunt, militant armis spiritualibus, 2. Cor. 10. v. 4.
5. *Sex dies*, quorum spatio circumierunt Jericho, & tamen muri ejus non corruerunt; moram illam significant, quando Evangelium non continuè receptum est, sed paulatim, defervescente imperatorum tyrannide, à cunctis gentibus acceptatum publice.
6. *Septimo die sustulerunt* septem buccinas, quarum usus est anno Jubilæo. Evangelium est buccina illa vera anni Jubilæi, anni remissionis, quo omnia peccatorum debita remittantur, ut typicè monstratum, Lev. 23. v. 10. Deut. 15. v. 1. quia annus gratiofus in Evangelio annunciat, Esa. 61. v. 2. gratiæ illius excellentis, Rom. 5. v. 17. Anno Jubilæo quisquis ad suas possessiones recuperandas admittebatur, Levit. 25. v. 13. Idem in Evangelio nobis annunciat: veram se possessionem cæli (terræ enim possessio est, Heb. 13. v. 14.) per Christum nobis partam, paratam Joh. 14. v. 2.
7. Hâc *Evangelii buccinâ* claxerunt Apostoli & primitivæ Ecclesiæ doctores, & muri ejus vel munitiones corruerunt, quando fidei jugo suavi & mitigantes se subjecerunt.

8. *Ante*

8. *Ante arcam inceserunt Josua buccinatores, & arca secuta est*, Jos. 6. v. 6. Christus miraculorum virtute Evangelium confirmavit Marc. 16. v. ult. & ita secutus est Apostolos per signa sequentia.

EVANGELIUM EST DEI buccina.

1079. Num. 10. vers. 2. *Duas tubas argenteas fieri precepit Dominus, quibus clangerentur filii Aaronis, aut ut congregarentur filii Israel, aut ut castra moverent.* Evangelium est talis buccina :

1. *Materia.* Argentæ erant tubæ illæ. Evangelium proponit verbum probatum sicut argentum, Plal. 112. v. 7. & redemptionis nostræ ἀντίδοτον, argento auroque pretiosius, 1. Pet. 1. v. 7.

2. *Buccinatoribus.* Hi erant sacerdotes, filii Aaronis: Ita Evangelium annunciant sacerdotes Novi Testamenti, quibus ea provincia commissa, 1. Cor. 9. v. 16.

3. *Fine.* Is erat duplex:

1. *Ut convenirent.* Evangelium postulat ejusmodi conventicula, ut nomen Domini celebremus, cognoscendi Dei desiderio flagremus, Esa. 2. v. 3.

2. *Aut castra moverent.* Civium Evangelii munus est, ut castra pristina iniquitatis deserant, in justitia Deo serviant, Luc. 1. v. 75. impietatem mundi abegent, Tit. 2. v. 12.

4. *Consequente.* d. l. v. 9. *Buccinantibus sacerdotibus, recordatio Israelitarum erat apud Deum, ut eruerentur ab inimicis:* Ita Evangelium prædicat nostri gratissimam apud Deum memoriam esse propter Christum, nosque ereptos de manu inimicorum nostrorum, Lucæ 1. v. 74.

EVANGELII TUBA FUGAT

hostes spirituales.

1080. Jud. 7. v. 20. *Gideon cum militibus manu tenens tubas, hostes fugavit: Si Evangelii tubam manu fidei imperterrita teneris, protinus spirituales hostes in fugam conjicies, qui ejus sonum gratissimum ferre nequeunt, & ^{ἐπιτιμῶν} illa: Mors ubi aculeus tuus est? Inferne ubi victoria tua? 1. Cor. 15. v. 55.*

EVANGELIUM PROPONENDUM,

lex non omittenda.

1081. *Canticum alternis vicibus decantant cantores in spiritali illa Sione, ecclesia scilicet, Psal. 87. v. 7. Alternus legis & Evangelii debet esse usus.*

EVANGELIUM EST

Spiritus.

1082. 1. *Ob Spiritus S. descriptionem, qui Evangelium in cordis tabulis carnis scripsit scribitque ministerio doctorum ecclesie, 2. Cor. 3. v. 2. 3.*

2. *Ob bonorum, quae proponit, rationem; hæc enim spiritalia sunt, regnum spirituale, gaudium spirituale; Rom. 14. v. 17. verbum, spiritus & vita, Joh. 6. v. 63.*

3. *Ob Spiritus Sancti communicationem, qui per Evangelium datur, Gal. 3. v. 2. Eph. 1. v. 13.*

Lex autem litera tantum est, considerata extra Spiritum S. in puro ministerio Moſis; quando *per se bona quidem; per accidens autem occidit & ad peccandum irritat.*

